El alma ve muchas cosas con los ojos de la carne; muchas las concibe con su imaginación; y por todas partes se derrama, se mueve, se levanta y se agita: sin salir de sí misma vaga de aquí para allá, como si estuviera en un gran espacio; no sale hacia las cosas, sino que con sus medios se las representa a sí misma (...)

El entendimiento es aquella fuerza del alma que percibe las cosas invisibles, como los ángeles, los demonios, las almas y todo espíritu creado. La inteligencia es la fuerza del alma que inmediatamente se subordina a Dios: puesto que discierne la misma verdad absoluta e inmutable. Así pues, el alma percibe por el sentido las cosas corporales, por la imaginación las semejanzas de los cuerpos, por la razón las naturalezas de los cuerpos, por el intelecto el espíritu creado y por la inteligencia el espíritu increado. Y todo lo que el sentido percibe, la imaginación representa, el pensamiento forma, el ingenio investiga, la razón juzga, la memoria conserva, el intelecto separa, y la inteligencia comprende, y lo lleva a la meditación o contemplación. El ingenio o intención del pensamiento es la fuerza del alma por la que el alma se extiende y se ejercita en el conocimiento de las cosas desconocidas. El ingenio investiga lo desconocido, la razón discierne lo encontrado, la memoria guarda las cosas juzgadas y ofrece las que todavía debe juzgar. Así el ascenso se hace de lo inferior a lo superior, y las cosas de abajo dependen de las de arriba. El intelecto es cierta imagen y semejanza de la inteligencia, la razón del intelecto; y la fantasía de la razón (...) El sentido informa la imaginación, la imaginación a la razón y la razón alcanza la cien-

oculis, multa etiam phantastica imaginatione concipit: et ubique quasi diffunditur movetur, erigitur, et fluctuare videtur: non a se egredien sed in semetipsa tanquam in magno percurrens spatio pervagatur; et non exit ad illa, sed tractatibus suis sibi illa repraesentat (...)

Intellectus, ea vis animae est, quae invisibilia percipit, sicut Angelos, daemones, animas, et omnem spiritum creatum. Intelligentia es vis animae est, quae immediate supponitur Deo: cernit siquidem ipsum summum verum et vere incommutabilem. Sic igitur anima sensu percipit corpora, imaginatione corporum similitudines, ratione corporum naturas, intellectu spiritum creatum, intelligentia spiritum increatum. Et quidquid sensus percipit, imaginatio repraesentat, cogitatio format, ingenium investigat, ratio judicat, memoria servat, intellectus separat, intelligentia comprehendit, et ad meditationem sive contemplationem adducit. Ingenium est vis ea animae, sive intentio, qua anima se extendit et exercet ad incognitorum cognitionem. Ingenium siquidem exquirat incognita, ratio discernit inventa, memoria recondit judicata, et offert adhuc judicanda. Sic fit ascensus ab inferioribus ad superiora, et ima a summis dependent. Intellectus namque quaedam imago, et similitudo intelligentiae est, ratio intellectus; rationis phantasticum spiritus (...) Sensus informat imaginationem, imaginatio rationem, facitque ratio scientiam sive prudentiam. Rursum rationi

cia o prudencia. La prudencia divina que sale al encuentro de la razón, la informa y la vuelve inteligencia o sabiduría. Existe en la razón algo que tiende hacia lo supremo y celestial, que se llama sabiduría; y hay algo que la vuelve hacia lo transitorio y caduco, que llamamos prudencia. Las dos vienen de la razón y consisten en la razón.

(...)

Capítulo 18

La alma, vida del cuerpo.

De qué modo el alma es mortal e inmortal, corpórea e incorpórea

Con su presencia el alma vivifica al cuerpo y está unida a él de tal forma que ni puede separarse de él cuando quiera, ni mantenerse en él, cuando oiga la orden de su Creador. La vida del cuerpo consiste en la vida del alma, y de la muerte del cuerpo se aproxima la muerte al alma. Igual que el alma con su vida vivifica la carne, y la fuente de su naturaleza lo riega animándolo, así la carne, por la corrupción de la materia, mata su alma si la obliga con pasiones ilícitas. Y mientras una naturaleza es vencida, la otra vence, y solo una pasa a naturaleza victoriosa; esto es, o bien el alma con sus virtudes hace espiritual la carne, o bien la victoria de la carne vuelve carnal el alma. El alma no puede tener nada de muerte, si no es por la vida que le fue proporcionada; ni la carne puede retener algo de vida, si no fuera regada

occurrens divina prudentia, informat eam, et facit intelligentiam sive sapientiam. Est itaque in ratione quiddam ad superna et coelestia intendens, et id dicitur sapientia; et est quiddam ad transitoria et caduca respiciens, et id vocatur prudentia. Haec duo ex ratione sunt, et in ratione consistunt.

(...)

Caput XVIII

Anima vita corporis.

Quomodo anima immortalis et mortalis, incorporea et corporea

(788-789)

Anima praesentia sua corpus vivificat, et sic colligata est ei, at nec cum velit, se inde segregare possit, nec retinere, cum sui Creatoris iussionem audierit. In vita siquidem animae consistit vita corporis, et de morte corporis descendit mors animae. Sicut enim anima vita sua facit carnem viventem, et de fonte naturae suae irrigat animando; sic caro per corruptelam materiae suae animam, si cupiditatibus illicitis illigaverit, occidit. Et cum altera natura vincatur, altera natura vincat, transit unaquaeque in victricis naturam; id est, ut aut carnem spiritualem anima virtutibus suis praestet, aut animam carnalem caro victrix ejus efficiat. Anima tamen nihil de morte habere potest, nisi per vita ei propinatum fuerit: nec caro aliquid de vita retinere potest, nisi ab anima fuerit irrigata: nec in alterius

por el alma; ni puede pasar a otra naturaleza más alta, si está corrompida por vicios, o descuida las virtudes.

(...)

naturam altera transire potest, nisi aut illa vitiis infecta, aut haec virtutibus deserta fuerit.

(...)

Capítulo 19

Actúa entera en aquello que obra

El alma es invisible e incorpórea; si fuese visible sería corpórea. Y si fuese corpórea sería divisible, tendría partes y no podría estar toda ella al mismo tiempo en un lugar. Ningún cuerpo puede tocarse todo o puede tocarlo todo. El alma está presente toda entera en cualquiera de sus movimientos o actos.

Toda ella ve, y toda recuerda las cosas vistas; toda oye y toda recuerda las cosas oídas; toda huele y toda repasa los olores; toda ella gusta y discierne los sabores por la lengua y el paladar; toda toca las cosas duras o suaves; toda ella, al mismo tiempo, aprueba y reprueba. Con solo un dedo toda ella discierne lo cálido de lo frío. Toda es vista, toda es oído, toda ella recuerda; y como toda recuerda, toda ella es memoria; como toda quiere, toda es voluntad; como toda ella piensa, toda es reflexión: como toda ama, toda es amor. Puede por un lado pensar y por otro amar.

Caput XIX

Tota agit quod agit

(795)

Invisibilis et incorporea est anima; si enim visibilis esset, corporea esset. Et si corporea esset, partibilis esset, et partes haberet, neque tota simul in uno loco esse posset. Nullum enim corpus aut simul tangi totum potest, aut simul tangere totum potest. Anima vero in quibuscumque suis motibus vel actibus tota simul adest.

Tota videt, et tota visorum meminit: tota audit, et tota sonorum reminiscitur: tota odorat, et tota odores recolit: tota per linguam et palatum sapes sentit el discernit; tota tangit dura vel mollia: tola simul approbat et reprobat. Calida vero vel frígida summo tantum dígito tota discernit. Tota est visus, tota est auditus, tota meminit; et cum tota meminit, tota est memoria; cum tota vult, tota est voluntas; cum tota cogitat, tota est cogitatio; cum tota diligit, tota est dilectio. Potest namque ex parte cogitare, et ex parte diligere.

Capítulo 31

**El hombre mortal.
El sentido no impide que se conozca**

He dicho muchas cosas del alma, pero todavía no he dicho nada de cuando fue encerrada en el cuerpo o cuando saldrá de él. Lo que juzgo primero, lo diré a continuación; lo último no puedo decirlo, porque desconozco mi fin. Esto sé con claridad, que somos mortales y, queramos o no, todos moriremos. Nada es más cierto que la muerte y nada más incierto que su hora. Desconocemos cuando, de qué modo o donde moriremos, porque la muerte nos espera en cualquier lugar. Por esto siempre debemos estar preparados para que, cuando el cuerpo vuelva a la tierra de la que fue formado, el espíritu vuelva a aquel que lo creó. Nos debe mover ante todo como fue definido el hombre por los sabios antiguos: el hombre es animal racional, mortal.

Dado este género, que decimos animal, vemos que se añaden dos diferencias, con las que advertimos qué es el hombre, lo que es volverse hacia sí mismo y de qué hay que huir. Igual que el progreso del alma cayó hacia las cosas mortales; así su regreso debe ser la razón por la que sea capaz de resistir los vicios que la atacan, para que viva según su naturaleza, e intente ordenarse bajo aquello por lo que debe regirse, y por encima de aquellas cosas que debe gobernar. En una palabra, lo que llamamos racional le separa de las bestias; lo que llamamos mortal le separa de Dios. Si

Caput XXXI

**Homo mortalís.
Sensus impediunt ne se noscat**

(800-801)

Multa de anima dixi, sed nondum dixi quando iacta est, vel quando de corpore egredietur. Quod primum posui, postea dicam; quod ultimum, dicere non possum; quoniam nescio finem meum. Hoc plane scio, quod mortales sumus; et velimus nolimus, omnes moriemur. Nihil enim morte certius, et nihil hora mortis incertius. Nam nescimus quando, aut quomodo, aut ubi moriemur; quoniam mors ubique nos exspectat. Idcirco semper debemus esse parati, ut cum corpus revertetur ad terram de qua sumptum est, spiritus redeat ad eum qui dedit illum. Illud siquidem nos maxime movere debet, quod a veteribus sapientibus ita homo definitus est: Homo est animal rationale, mortale.

Hoc genere posito, quod animal dictum est, additas duas differentias videmus, quibus admonendus erat homo, et quo sibi esset redeundum, et unde fugiendum. Sicut enim progressus animae usque ad mortalia lapsus est; sic regressus ejus rationem esse debet, qua impugnantibus vitiis resistere valeat, ut secundum naturam suam vivat, et ordinari appetat sub illo a quo regi debet, et supra ea quae regere debet. Uno verbo, quod rationale dicitur separatur a bestiis; alio, quod mortale, a divinis. Illud nisi retinuerit,

no conservase aquello sería un animal; si no abandona las cosas de aquí no llegará a las cosas divinas. Para que el hombre desconocido se conozca a sí mismo es una magnífica obra el hábito de alejarse de las sensaciones, para que el alma se recoja hacia sí y se conserve en sí misma. Estas sensaciones impiden que el alma se conozca a sí misma y a su Creador, al que sin estos ojos debe intuir única y simplemente.

(...)

Capítulo 32

Nada más conocido que la mente a sí misma. Unión de las almas con el cuerpo. De qué modo el alma descende al cuerpo. De qué modo asciende de él. Meditación. Contemplación

El alma racional supera a todas aquellas cosas que son creadas por Dios; y está próxima a Dios cuando es pura, y en cuanto se une a Él por la caridad, en tanto que en cierto modo inundada por la luz de lo inteligible no está ilustrada por los ojos corporales sino principalmente por sí misma. Esto es, por la inteligencia percibe a Dios, en el que está la perfectísima belleza y la beatífica visión, por la cual se hace bienaventurada. Aparta de su consideración todas las noticias que percibe por los sentidos extrínsecos del cuerpo. Cualquier cosa corporal y sus semejanzas, que el sentido y la imaginación graban en la memoria, cuando se hacen

bestia erit; hinc nisi se averterit, ad divina non perveniet. Idcirco ut homo sibi incognitus cognoscat se, magna opus habet consuetudine recedendi a sensibus, ut animum ad se colligat, et in se ipso retineat. His siquidem sensibus impeditur anima, ne cernere semetipsam valeat et Creatorem suum, quem sola et simplex sine istis oculis intueri debet.

(...)

Caput XXXII

Menti nihil se ipsa magis notum. Animas conjunctio cum corpore. Quomodo anima ad corpus descendat. Quomodo ab eo ascendat. Meditatio. Contemplatio

(801-802)

Anima namque rationalis inter eas res quae sunt a Deo conditae, superat omnia; et Deo proxima est, quando est pura, eique in quantum charitate cohaeserit, in tantum ab eo lumine illo intelligibili perfusa quodam modo et illustrata, non per corporeos oculos, sed per sui ipsius principale, id est, per intelligentiam Deum cernit, in quo est perfectissima pulchritudo et beatissima visio, qua visione fit beata. Removeat ergo a consideratione sua omnes notitias quae per corporis sensus extrinsecus capiuntur. Quaeque namque corporalia, eorumque similitudines, sensus quoque et imaginationes in memoria

presentes al recordarlas, pertenecen al hombre exterior y el alma las percibe como noticias de las cosas exteriores. Cuando no hay nada más presente a la mente que su propio interior, se ve en sí misma, con una presencia no simulada sino verdadera. Ninguna otra cosa conoce tanto la mente como aquello que está delante de ella; y nada está tan cerca de la mente como ella de sí misma. Conoce que vive, que recuerda, que quiere, piensa, sabe y juzga. Todas estas cosas las conoce en sí misma, no las imagina como si las tocara fuera de ella por algún sentido del cuerpo, como se tocan las cosas corporales (...) Cuando quiere entender de las cosas divinas, o de Dios, o de sí misma, o considerar sus virtudes, se abstrae de todas las sensaciones del cuerpo, que no le ayudan sino para sentir las formas y colores; y se contempla con el espíritu y con la razón, y asciende a Dios por la meditación y la contemplación. Dios descende a ella por la revelación y la divina inspiración. La meditación es la estudiosa investigación de la verdad oculta.

La contemplación es la alegre admiración de la verdad evidente. La meditación está iluminada por la revelación divina para que conozca la verdad; y a la contemplación la inflama la divina inspiración, para que la ame. El cuerpo asciende al espíritu por el sentido y la imaginación.

infixae, cum recordando reminiscuntur, ad exteriorem hominem pertinent, quanquam istis quasi nuntiis anima exteriora percipiat. Mens ergo cui nihil se ipsa praesentius est quadam interiori, non simulata, sed vera praesentia, videt se in se. Nihil enim tam novit mens, quam id quod sibi praesto est: nec menti quidquam magis praesto est, quam ipsa sibi. Nam cognoscit se vivere, se meminisse, se intelligere, se velle, cogitare, scire, judicare. Haec omnia novit in se, nec imaginatur, quasi extra se illa aliquo sensu corporis tetigerit, sicut corporalia quaeque tanguntur (...) Cum ergo vult intelligere, vel divina, vel Deum, vel se ipsam, suasque considerare virtutes, abstrahit se ab omnibus corporis sensibus, quibus non adjuvatur nisi ad corporeas formas coloresque sentiendos; et spiritu ac ratione se conspicit, meditatione atque contemplatione ad Deum ascendit. Deus vero revelatione atque divina inspiratione ad eam descendit. Meditatio siquidem est occultae veritatis studiosa investigatio.

Contemplatio perspicuae veritatis jucunda admiratio. Illam namque divina illuminat revelatio, ut veritatem cognoscat: istam vero divina inspiratio inflammat, ut eam diligat. Corpus autem sensu et imaginatione ad spiritum ascendit.

Capítulo 43

**De la naturaleza del alma.
Muerte del hombre**

Muchas cosas dijeron los antiguos sobre la naturaleza del alma, pero no tantas que no quede algo por ver. Yo, de todas las cosas dichas, tan diligentemente como pueda, recogeré brevemente lo que pueda ser estudiado en una unidad que pueda confiarse a la memoria. La memoria del hombre es débil y goza con la brevedad; si se dispersa en muchas cosas se vuelve menor en cada una de ellas. El hombre consta de alma y cuerpo. Y todo lo que se ve con los ojos del cuerpo es creado por el cuerpo, y el cuerpo por el alma, y el alma por Dios. La vida del cuerpo es el alma y la vida del alma es Dios. El alma es inmortal porque carece de carne, ni tiene por donde perecer, ya que por la resurrección después de la muerte, carece de necesidad a menos que muera por el pecado. Y por esto con la muerte nuestra vida no perece, sino que abandona el cuerpo, pues el alma separada no perdió su fuerza, sino que abandonó lo que vivificaba. Y en lo que en sí misma consigue es la muerte de otro, que ella misma no recibe. Consigue, digo, al no vivificar lo que abandona, no al abandonar lo que vive. Así pues, la muerte del hombre no es nada más que la caída de la carne la cual, cuando se retira la fuerza de la potencia que la vivifica, vuelve a la tierra de la que fue tomada, perdidos los sentidos que no tenía por sí misma.

Caput XLIII

**De animae natura.
Mors hominis**

(811-812)

Plura veteres de natura animae dixisse inveniuntur, sed nihil ita ut non aliquid restare videatur. Ego autem ex eorum dictis, quanto diligentius potui, breve istud et certum colligere, atque in unum studui redigere, quod memoriae commendetur. Hebes namque est memoria hominis, et brevitatem gaudet; et si in multa dividitur, fit minor in singulis. Ex corpore et anima constat homo: et quidquid oculis corporeis videtur, propter corpus factum est, corpus propter animam, anima autem propter Deum. Vita corporis anima est, vita animae Deus est. Immortalis est anima, quia carne caret; nec habet quo cadat, ut resurrectione egeat post ruinam, nisi peccato ceciderit. El ideo in morte vita nostra non perit, sed corpus destituit, dum discedens anima vim suam non perdit, sed quod vivificaverat hoc dimittit, et quantum in se est, mortem alterius facit, quam ipsa non recipit. Facit, inquam, non vivificando quod deserit, non amittendo quod vivit. Itaque mors hominis nihil est aliud quam carnis occasus, a qua cum vis potentiae vivificandis abscesserit, in terram de qua sumpta est redit, amissis sensibus quos non per se ipsam habuit.

El alma no es distinta que el sol a la luz del día; distribuye la vida al cuerpo cuando llega; causa la muerte, cuando se retira. La muerte no destruye las cosas unidas, sino que las separa, pues vuelve ambas a su origen. Y para que nadie piense que el alma acaba con la muerte del cuerpo, escuche lo que el Señor dice en el Evangelio: “No temáis —dice— a los que matan el cuerpo, pero no pueden matar el alma” (Mt 10,28)

(...)

Anima non aliter, quam sol lucem diei; vitam tribuit carni, cum venerit; mortem efficit, cum recedit. Mors tamen non consumit coniuncta, sed dividit, dum origini suae utrumque reddit. Et ne quis putet animam corporis morte consumi, audiat quid Dominus in Evangelio dicat: Nolite, inquit, eos timere qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere [Matth x, 28]

(...)

Capítulo 49

**El sentido en el interior del hombre.
Lo que atañe a la meditación**

El hombre consta solo de dos sustancias: alma y cuerpo. El alma con su razón y el cuerpo con sus sentidos (...) Así que con toda cautela hay que observar qué pertenece a la dignidad del sentido del cuerpo y qué pertenece a la dignidad del alma; porque el orden confuso y el amor irracional se ve que chocan con la verdad. El espíritu no es una tercera sustancia en el hombre, como pretende Dydimos; sino que el espíritu es la misma alma: que, o bien por su naturaleza espiritual, o bien por lo que espira en el cuerpo, se llama espíritu. El alma se dice así porque anima o vivifica al cuerpo para que viva (...) Avivemos nuestra alma con la meditación y consideremos nuestras miserias y necesidades, dolores y trabajos. Entramos en esta vida llorando, vivimos con

Caput XLIX

**Sensus et in interiori homine.
Meditationi incumbere**

(812-813)

Duabus substantiis tantum constat homo, anima et carne: anima cum ratione sua, et carne cum sensibus suis (...) Sic ergo cum omni cautela observandum est quid ad corporis sensus, et quid ad animae pertineat dignitatem; ne forte confusus ordo et irrationabilis aestimatio alicubi repugnare videatur veritati. Non est tertius in hominis substantia spiritus, ut Didymus contendit; sed spiritus ipsa est anima: quae vel pro spirituali natura, vel pro eo quod spiret in corpore, spiritus appellatur. Animavero ex eo vocatur, quod ad vivendum velvivificandum animet corpus (...) Iugiter ergo meditatione animum nostrum exerceamus, et consideremus miserias et necessitates nostras, labores et dolores. Iugentes enim in hanc vitam intravimus, cum labore vivimus, cum

trabajo, y salimos de ella con dolor y temor. Pensemos cuan breve puede ser nuestra vida, cuan peligroso el camino, cuan cierta la muerte e incierta su hora. Si lo dulce y alegre, en el camino de esta vida, nos sale al encuentro, consideremos con cuantas amarguras está mezclado; cuan falso y sospechoso, cuan inestable y fugaz es todo lo que nace del amor del mundo, todo lo que promete la apariencia o belleza temporal.

Consideremos cual es la patria de la belleza, suavidad y dulzura celestial. Attendamos y examinemos minuciosamente de dónde venimos, y a donde caímos; qué perdimos y qué encontramos; y por ambas cosas entendamos cuánto nos ha de doler este exilio.

Capítulo 52

Tres grados de conocimiento. La amplitud de la mente. Elevación de la mente. La alienación de la mente. La mente del hombre es un espejo oscurecido por el pecado

De qué modo hay que limpiarlo. Volvémonos hacia nosotros para que podamos ascender hasta nosotros. Existen tres ascensiones. En la primera ascendemos de estas cosas exteriores e inferiores hasta nosotros. En la segunda ascendemos al corazón del otro (Sal 53,7): Cuanto más avancemos, más ascendemos. Quien no sube, desciende; y quien no avanza, retrocede. En la tercera ascensión ascendemos hasta Dios. La primera ascensión se

dolore et timore exituri sumus. Cogitemus ergo quam sit brevis vita nostra, quam via lubrica, quam mors certa, et hora mortis incerta. Cogitemus quantis amaritudinibus ad mixtum sit, si quid dulce aut jucundum in via huius vitae occursum nobis alludit; quam fallax et suspectum, quam instabile et transitorium est quicquid huius mundi amor parit, quicquid species aut pulchritudo temporalis promittit.

Consideremus etiam quaesit patriae coelestis pulchritudo, suavitas atque dulcedo. Attendamus et perpendamus unde cecidimus, et ubi jacemus; quid perdidimus, et quid invenimus: ut ex utroque intelligamus quantum nobis in hoc exilio lugendum sit.

Caput LII

Cognitionis tres gradus. Mentis dilatatio. Mentis sublevatio. Mentis alienatio. Mens hominis speculum, sed peccato obscuratum

(817-818)

Quomodo tergendum. (a) Redeamus ergo ad nos ut possimus ascendere ad nos. Tres siquidem ascensos sunt. In primo ascendimus ab istis exterioribus et inferioribus ad nos. In secundo ascendimus ad cor alium (Psal. LXIII, 7): quantonamque amplius proficimus, amplius ascendimus. Qui enim non ascendit, descendit; et qui non proficit, déficit. In tertio ascenso ascendimus ad Deum. Primus ascen-

hace por la consideración del mundo y su desprecio. Considerando cuan caducas y transitorias son estas cosas terrenas, las despreciamos y nos volvemos hacia nosotros. La segunda ascensión se hace por el conocimiento y desprecio de nosotros mismos. Cuando conocemos cuan inclinados somos al mal y cuan inútiles para el bien, nos despreciamos y ascendemos sobre nosotros. La tercera ascensión se hace por el conocimiento y amor a Dios. Este tercer ascenso se hace por la amplitud, por la elevación y por la aversión de la mente. La amplitud de la mente es cuando, bajo una mirada de la mente, percibimos muchas cosas de la sabiduría de Dios o de su potencia o de su entera bondad.

Debemos intuir con cuanta potencia creó Dios todas las cosas de la nada, con cuanta sabiduría las gobierna y con qué benignidad las administra todas. Todo este mundo de este modo embellecido lo hizo por los cuerpos, los cuerpos por las almas y las almas por sí mismo. Y por esto debemos, diligentemente, cuidar nuestras almas, en tanto en cuanto queramos volverlas limpias y santas a Dios por el que tantos bienes recibimos por ellas. La elevación de la mente es cuando nos levantamos de las cosas visibles hacia las invisibles. Cuando consideramos la dignidad humana admiramos la consideración de Dios quien tan admirablemente creó el espíritu racional a su imagen y semejanza. La aversión de la mente es cuando la mente es arrastrada por encima de sí misma. De este exceso de la mente el hombre no puede ser enseñado porque allí nada tiene de sí. De la amplitud y elevación de

sus fit consideratione mundi, et contemptu. Considerando namque quam caduca et transitoria sint ista terrena, contemnimus ea, et redimus ad nos. Secundus ascensus fit cognitione et contemptu nostri. Cum enim cognoscimus quam pronisimus ad malum et quam invalidi ad bonum; contemnimus, et ascendimus supra nos. Tertius ascensus fit cognitione et amore Dei. Iste tertius ascensus fit mentis dilatatione, et mentis sublevatione, et mentis alienatione. Mentis dilatatio est, cum sub uno mentis aspectu plura conspiciamus, vel de Dei sapientia, vel de ejus potentia, vel de cuncta bonitate.

Intueri debemus quam potenter Deus cuncta creavit de nihilo, quam sapienter gubernat, quam benigno cuncta dispensat. Totum istum mundum sic ornatum fecit propter corpora, corpora propter animas, animas propter se. Et ideo diligenter custodire debemus animas nostras, quatenus eas mundas et sanctas Deo reddere valeamus a quo tanta bona accepimus pro eis. Mentis sublevatio est, cum de visibilibus sublevamur ad invisibilia. Quando namque consideramus humanam dignitatem, admiramur dignationem Dei, qui tam mirabiliter rationalem spiritum ad imaginem et similitudinem suam creavit. Mentis alienatio est, quando mens super se rapitur. De hoc mentis excessu, homo doceri non potest; quia nihil ibi habet sui. De mentis autem dilatatione et sublevatione instruí potest; quia ibi aliquid habet sui. Instruitur autem ali-

la mente puede ser instruido; porque allí tiene algo suyo. Unas veces es instruido con facultades humanas, otras veces con inspiración o revelación divina. Siempre se examina a sí mismo y a Dios en el espejo de su corazón, esto es, en la mente racional. El corazón del hombre fue creado para que en él habitara el Señor como en un templo, y reluciera como en un espejo suyo; para que el que no podía ser visto en sí mismo, apareciera en su imagen visible. Completamente grande es la dignidad del hombre que lleva la imagen de Dios y contempla su rostro en sí mismo, y lo tiene siempre presente por la contemplación. Pero cuando al pecar arrojamos por tierra nuestra felicidad, el polvo del pecado cayó en nuestro corazón.

Y por esto, privados de aquel espejo de la contemplación interior, caídos en estas miserables tinieblas de la vida presente, no somos capaces de servir dignamente a Dios, porque con la suciedad del pecado, y envueltos por la oscuridad de la ignorancia, ya no vemos en gran medida que es lo que hay que obrar o evitar en nosotros. Limpiemos pues nuestro espejo del amor a la vanidad y del amor a la iniquidad, esto es, del polvo y de la suciedad ya que en el podremos mirarnos a nosotros y a nuestro Creador, al que pecando dimos la espalda. Estamos alejados de Dios; nuestros pecados nos separan de Él. Y por esto digamos con el profeta: “Conviértenos Dios, Salvador nuestro” (Sal 84,5) Cuando las mujeres pierden el espejo en el que contemplan su rostro, diligentemente lo buscan y curiosamente lo limpian de polvo y suciedad; mucho más debemos encontrar,

quando humana industria, aliquando divina revelatione seu inspiratione. Non nunquam vero in speculo cordis sui, id est, in rationali mente se ipsum et Deum inspicit. Ita namque conditum est cor hominis, ut in eo quasi in templo Dominus inhabitaret, et tanquam in quodam speculo suo reluceret; ut qui in se videri non poterat, in sua imagine visibilis appareret. Magna prorsus dignitas hominis est, portare imaginem Dei, et illius in se iugiter vultum aspicere, atque eum semper per contemplationem praesentem habere. Sed postquam delectationem nostram in terram peccando sparsimus, peccati pulvis superjectus est cordi nostro.

Et ideo ab illo internae contemplationis speculo corruentes in has miserarum praesentis vitae tenebras labimur, ubi Deo digne ministrare non valeamus, quia sorde iniquitatis, caligine ignorantiae obvoluti, quid agendum vel vitandum nobis sit, ex magna parte iam non videmus. Tergamus ergo speculum nostrum ab amore vanitatis, et ab amore iniquitatis, id est, a pulvere et a sorde: ut in eo inspicere valeamus et nos, et Creatorem nostrum, quem peccando post tergum nostrum posuimus. Aversi siquidem a Deo sumus; peccata nostra separant nos ab eo. Et ideo cum propheta dicamus: Convertite nos, Deus, salutaris noster (Psalm LXXXIV,5. Si mulieres speculum suum, in quo facies inspiciunt, cum amiserint, diligenter quarunt et curiose tergunt a pulvere et a sorde; multo amplius speculum interioris hominis

limpiar y contemplar el espejo del hombre interior; para que seamos capaces de capturar en él toda nuestra fealdad, y así por nuestro conocimiento llegar al conocimiento de Dios.

debemus et invenire et tergere et inspirere; ut in eo totam turpitudinem nostram valeamus deprehendere, et ita per cognitionem nostram ad cognitionem Dei pervenire.